Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale Bursfeldense - Cod. Schwarzach 9

[Hirsau], [1472-1475]

Alia oracio ante celebracionem misse

urn:nbn:de:bsz:31-216528

Visual Library

ſit honor et gloria.

Alia oratio ante celebrationem misse

Domine Ihesu Christe ego miserrimus
et indignus peccator et minister ecclesie
meritis exilis, licet tamen intendo
facere in officio misse. quod tu
in ultima cena qua cum discipulis
tuis pridie quam patereris habuisti
faciendum instituisti, quodque sancta
mater ecclesia facit ob laudem et
gloriam sancte trinitatis et in me
moria sanctissime incarnationis
Nativitatis, passionis, resurrectionis et
ascensionis tue, et ob honorem
gloriose genitricis et virginis matris
tue marie. Et istius sancti

N. cum hodie festum plebs volet
fidelium venerari ob honorem beati
Michaelis et omnium angelorum tuorum
et specialiter patronorum meorum spe-
cialissimorum quorum meritis
uberius gaude / ut in hoc altari
tuo cui ego indignissimus peccator as-
sistere presumo / hostiam accepta-
bilem offeram maiestati tue /
pro me indigno famulo tuo et
pro innumeris peccatis et negligen-
tiis meis / pro papa et antisti-
te meo ac omni gradu ecclesiastico
pro rege nostro et omnibus regibus
Ducibus Baronibus et nobilibus
Romano Imperio subiectis / etc.

cunctorum scelerum criminum preteritorum et
negligenciarum mearum fidelium, pro
emendatione vite mee, pro conservatione
divine gratie. Pro gratiarum actione, pro
mea infirmitate, pro cunctis tri-
bulationibus et angustiis meis pro
felici conservatione vite mee. Pro
parentibus et amicis meis corporalibus
et spiritualibus. Pro Abbate huius loci
et omnibus confratribus meis fratre vel obli-
fiatis pro omnibus benefactoribus
et fautoribus meis. pro stabilitate
huius congregationis nostre et loci pre-
sentis conservatione pro pace et caritate
Pro omnibus michi specialiter recom-
mendatis et pro quibus ego teneor,

ciales hoc sacrificium offerre in/
tendo, pro omnibus inimicis meis,
pro omnibus quibus dedi occasionem
scandali, ruine vel peccati. Pro
omnibus erroneis et obstinatis
peccatoribus, ut redeant ad viam ve/
ritatis agnoscendam et ad veram
penitenciam agendam, pro omnibus
infidelibus ut convertantur ad fidem
sancte matris ecclesie, pro salute omnium
vivorum et requie omnium defuncto/
rum et michi specialissime commendato/
rum. Et per te domine Jhesu Christe sit deo
patri omnipotenti, meum devotum
hoc sacrificium immaculatum gratum
et acceptum, pro redemptione

generis humani Quem tenerrimum
obtulisti pro salute mundi in ara
crucis tolerantissime. Qui vivis be-
nedictus in secula seculorum Amen

Oro post celebracionem d. b. v.

Eya ergo domina peccatorum advo-
cata piissima virgo maria, illos
tuos mie oculos ad me peccatorem
et indignum Ecce nunc ecclesie mi-
nisterium gratum. ac filium benedictum
ventris tui fructum. quem tam
tremendum in officio misse polluto labijs
immundis manibus, et in devotione cor-
de decrescente satis tractavi/
contrectavi/ obtuli/ ac sumpsi post
hoc exilium ostende.

O clemens o